

perisse Theologum Lutheranum, qui hunc locum de peccatoribus in Sp. S. explicasset, & tamen exinde contra Novatianos argumentatus esset. Conferantur *Schmidii, Gerhardi, Hunnii, Waltheri, Calovii* Comment. &c. & videbimus Consensum Antagonista noster Dn. D. *Quistorpius* quem p. 40. nominat affinem suum honoratissimum refutat, nam hic in suis Disputationibus, ubi *B. Dorschei* *ἑρμηνεία* in 1 & 11 Epist. D. Iohannis repetit, p. m. 139. ad Quæst. XLI, Num Ebr. VI, 4. seqq. agatur de peccato in Sp. S? Respond. *Quod sic, & pro affirmativa argumentatur: Cuicumq; peccato conveniunt propria peccati in Sp. S. requisita, istud etiam est peccatum in Sp. S. &c.* Novello ergo huic & valde musteo interpreti nemo, nisi forte novus Rostochiensis aliquis Theologus, fidem habebit.

Ad locum ex Ebr. X, 26. regerit Censor p. 61. *Victimam pro peccatis hisce, peccatoribus denegari non ex gratia angustis, nec ex defectu &c.*

Resp. committitur fallacia divisionis, dum dividuntur conjungenda modo tamen diverso. Verum est, victimam pro peccatis peccatoribus in Sp. S. denegari propter impœnitentiam perseverantem & finalem, quæ est causa apud omnes omnino peccatores, qui damnantur; Gratia tamen divinæ oblatione, quæ perseverantem impœnitentiam a DEO præcitam in vita hac insecuta est, non exclusa; ita nec efficaciam meriti Christi defectus, sed defectus fidei & conculcatio voluntaria meriti Christi, in causa sunt. Probet Niehenckius ubi DEUS totaliter induratis, ac adeo perseveranter obstinatis promiserit gratiam revocatricem quam justo iudicio abstulit, Matth XIII, 2. Declamare non est probare. Usi sumus pro nostra veritate loco 1 Sam, III, 14. cuius argumenti vim probandi demonstravi.

In der Beylag p. 15. seqq. Exceptiones autem contra hunc locum Niehenckii p. 62. 63. v. g. sermonem non esse de Filiis, sed tota falsia Eli, it. de pœna temporali, non spiritali ac æterna, jam ante diluit Dn. D. Rechenberg in der IV. Beylag p. 95. in der V. Beylag p. 47. seqq. Tædiosa est cum Antagonista coccyzare. Vim Argumenti ex El. XXII, 14. demonstravi in Beytrag p. 16. ubi & egregium *D. Varenii* testimonium pro nobis allegavi, quin & jam jam limitationes Contradicentium ex falsa hypothesis ortas, quas more suo repetit Niehenckius p. 63. seqq. retudi in *Apolo-gia mea* contra Dn. D. Stolzium p. 38. seqq. Ex consensu veterum Theologorum & ipsius Lutheri usi sumus argumento, ex *Prov. I. 24.* seqq. circa hunc locum multa sine ratione garrit novellus Censor p. 64. seqq. sed lanis  
Theologis